

Briefe Glareans an Aegidius Tschudi (1533-1561)

Autor(en): **Müller, Emil Franz Jos.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **28 (1934)**

PDF erstellt am: **26.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-124703>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Briefe Glareans an Aegidius Tschudi.

(1533-1561)

Herausgegeben von Dr. EMIL FRANZ JOS. MÜLLER.

(Fortsetzung.)

Nr. 28.

1555. 29. Juli.

Klage über den Neffen, der Glareans väterliches Erbgut in Glarus verwaltet. Tschudi soll zusammen mit Dekan Schuler raten, ob nicht ein Wechsel des Verwalters am Platze wäre. — Hinweis auf Kardinal Reginald Poles Buch über die Reformation in England, wo mit Sueton'scher Kraft und Farbe der Tyrann Heinrich VIII. gezeichnet ist und die kirchlichen Wirren in ihrer rechten Bedeutung dargestellt werden.

D. Aegidio Tschudi Glareanus S. D. Etsi nihil habui nunc quod scriberem ornatissime D. Aegidi non potui tamen omittere quin ad vos mitterem hunc fratrem *Casparum* ut vos inviseret. Sane tua in me benignitas nunquam bene de me mereri cessat, semper enim amantissimis ac suavissimis litteris suis me laetificat ut non fuerit opus hunc mittere. Sed tres nepotes mei tardius ad me scribunt et quod *Johannes Loritti*¹ cum meis rebus agat scire certe non possum. Curatorem putabam fore rerum mearum sed quam diligenter curet, haud equidem video. Si tuo consilio jam pridem usus essem melius fuisset. Sed debemus cognatis omnia qui tamen nobis quod debeant scire nolunt. Euge mi clarissime Aegidi te etiam atque etiam oro ut uno cum *D. Henrico* hac in re quid mihi sit faciendum dispicere velis mutare ne debeam curatorem *Johannem Loritti* et accipere *Johannem Stucki*² ex sorore nepotem. Quidquid tibi videbitur hoc mihi quoque placitum puto. Sed nolo pluribus te obtundere meis rebus qui tuis satagis immo publicis curis totius patriae opprimeris et omnibus quaes pietate et gratia consulis. Deus det tibi perpetuam incolumitatem et post has huius vitae aerumnas aeternum in coelis locum apud dilectos sibi. Haec hactenus. Venit hisce diebus in manus nostras

¹ Oben p. 116.

² Oben p. 117. — Der Wechsel kam nicht zustande, wie sich aus Nr. 33 ergibt.

Cardinalis Reginaldi Poli liber de rebus in Anglia ³ per hosce aliquot annos actis a scelerato tyranno Henrico VIII cujus viri stilum admiror ingenium stupor eruditionem exosculor. Hic scilicet veritus est tyrannus. Non sane sed eum suis pingit coloribus ut nullus Suetonius melius XII monstra Caesares inquam. Dii boni quam Lutherani dolent hoc regnum e faucibus eorum ereptum. Nuper Argentinae opus excussum est proh pudor ab initio operis sceleratus ille Vergerius ⁴ adeo impudenter ac amarulenter reffectus est ut invidiae venena toti operi sanctissimo suffundere conatus sit. Mox ad calcum libri adjecit Lutherum Butzerum Brencium Melanchthonem Calvinum Musculum omnes contra pontificem Romanum gannientes. Denique conclusionem amarissimam sceleratissimam impudentissimam ultimo loco posuit. Sperans fore ut opus initio spurcatum spurcative et fine contaminatum lectores contemnant. Sed opus est ut aurum cui nulla nocet contaminatio spurcative sed etiam contra ignem potens. Ita hic Polus nitet elucet ignescit ut horum sceleratorum convicia plus quam diabolica nihil officiant apud probatae fidei homines. Pluribus nolui ne te obtunderem. Bene vale una cum conjuge tua cui ex me si non gravaberis plurimam dicito salutem. Salutabis consules praetores senatores denique omnes amicos cognatos ac affines. Datum Friburgi IV Calendas Sextilis 1555.

Nr. 29.

1555. 13. November.

Beileid zum Tode von Tschudis Bruder Melchior. Ludwig Tschudi weilt nun in Paris. Dekan Schuler konnte die Reise nach Freiburg wegen der Pest in Glarus nicht ausführen. — Den alten Johannes Loritti will er nun als Verwalter seiner Güter durch Johann Stucki ersetzen ; Loritti hat die Arbeit nicht umsonst getan, eine schöne Entschädigung bezogen und ist mit Glareans Gut wie mit eigenem umgegangen. — Mitteilung vom Plane Kaiser Karls, abzudanken und sich nach Spanien zurückzuziehen. — Das jus reformandi der Landesfürsten wird Reichsrecht ; was wohl Deutschland dabei für ein Schauspiel der Welt geben wird ? — Mitteilung von einem literarischen Angriff auf Glarean.

D. Aegidio Tschudi viro amicissimo Glareanus S. D. Dolet mihi plurimum clarissime D. Aegidi fratrem tuum *Melchiorem* ¹ vitam cum

³ Reginaldi Poli pro Ecclesiasticae unitatis defensione (1538). Vgl. *A. Zimmermann*, Kardinal Pole, sein Leben und seine Schriften, p. 89 ff.

⁴ Der Apostat Petrus Paulus Vergerius (1497–1565).

¹ Oben Nr. 12, A. 4.

morte commutasse sed spero eum apud superos nunc degere ita bonus vir mihi visus semper est. Nepos tuus *Ludovicus*² e Lutetia amicissimas mihi misit litteras cui ego nuper respondi ut bonum juvenem agat dignum tanta familia tantis parentibus tanto patruo. Haec de illis. *D. Henricus* ad me non venit excusationes graves habuit et nimium veras. Dolet enim mihi si pestis vos istic molestaret.³ Scripsi ei rem omnem de nepote *Johanne Loritti* quia mea bona propemodum atque ipsius essent tractat. Homo jam senio gravatus et suis obrutus forsitan rebus. Huic ego scripsi gratiarum actionem quod tam diu rebus meis praefuerit me nunc constituisse alium sumere velle rerum mearum procuratorem. Scripsi item senatui ut mihi anuant posse sumere. Velim autem *Johannem Stucki* alterum mihi ex sorore nepotem si quidem tu ac *D. Henricus* consulueritis. Utrique scripsi rem omnem. Certe *Johannes Loritti* non satis diligenter ut id apud te conquerar de rebus meis prospexit et tamen ego putabam me honeste semper cum illo gessisse cujus rei nemo luculentior testis esse potest quam *D. Henricus*. Quidquid nam pecuniae mihi attulerunt prope dimidium illis dedi idque lubens ut *Johannem* excitarem. Nam *D. Henricus* per se satis facit. Proxime cum hic fuit anno 1553 debebat mihi ex antiquo XXIX coronatos et duos census bis XIX coronatos hoc est XXXVIII coron. hoc est in summa LXVII coronatos. Ibi attulit mihi XXXI coronatos. Cum hoc viderem dedi *D. Henrico* et *Johanni Stucki*⁴ singulis VII ac ei nihil. Domi jussi eum accipere a debitoribus. Nunc debet mihi adhuc XXIX coronatos et duorum annorum redditum. Praeterea *Jacobo Loriti* XV coronatos quae summa excrescit in LXXII coron. Haec ad te obiter. Nolo nam tibi molestiam ullam ingerere. Saltem ut intelligeres quod nihil pensi habuit quid rebus meis ageret. Cum interrogarem quare ne dimidium quidem adferret respondit se mutuo dedisse civibus honestis me nihil perditurum. Ibi ego sane video inquam tuam magnificentiam ex mea paupertate te hominibus ostendere voluisse. Quare ego per amicitiam nostram te rogo et obsecro hac in re ostendas te consilio tuo ut semper amicum sincerum ac cum *D. Henrico* apud senatum agas ut habeam alium procuratorem redditus mei. Caetera scis nec eges alieno Chure magistro. *D. Nicolaus*

² Nr. 24, A. 5.

³ Der Pest des Jahres 1555 in Glarus erlag Magister Valentin Tschudi.

⁴ Über die Übertretung des Weinverbotes durch Johann Stucki auf dieser Fahrt zu Glarean im Jahre 1553, oben p. 117, A. 5.

a *Pollweil*⁵ consiliarius regis Ferdinandi his diebus hic fuit. Is profiscitur in Brabantiam ad Caesarem quem ait omnia imperii Romani negotia tum filio tum Ferdinando fratri resignasse nihil ab eis postulans quam singulis annis bis centena milia ducatorum pro sustinenda aula. Parat nam discessum in Hispaniam valetudinarius totus ut ibi reliquum vitae degat. In consilio Augustae reguli Germanorum obtinere ut quisque in sua ditioe quod ad religionem attinet quod placeat pro sua voluntate disponat.⁶ Saxones, Marchiones Brandenburgenses Wurtembergenses et quidam alii hoc evicerunt. Ferdinandus nihil in sua regione mutare passus est nec patietur. Videbimus mirabilem ludum inter se Germanorum. Sic est Dei flagellum. His diebus ex officina Aldi prodiit Livius cum quibusdam annotationibus ubi est quidam Italus qui male tractat Beatum Rhenanum, Sigismundum Gelenium et maxime Glareanum cui ego per epistulam non ad illum nugatorem sed ad alium amicum respondi.⁷ Reliqua ex fratre *Casparo* intelliges. Vale felix una cum conjuge nepote et tota familia salutabis nomine meo omnes amicos veteres. Datum Friburgi Idibus Novenbr. 1555.

Nr. 30.

1556. 21. November.

Glarean verlangt dringend Nachrichten über die Vorgänge in Glarus; Ulrich Wittwiler berichtete einiges. Die Verderbtheit der Abgefallenen ist überall dieselbe, das zeigt sich täglich auch in Deutschland. Sogar Bischöfe betteln beim König um Aufhebung des Zölibates. Das stolze Deutschland sinkt zur elendesten Nation herab. — Er übersendet Tschudis Frau, von der er viel Gutes hört, ein Geschenk. — Gott möge den Freund noch lange erhalten! Er ist doppelt nötig, da gute Priester so bitter mangeln. Die Kleriker von heute dienen mehr der Venus als Christus. Aber das Beispiel Englands zeigt, daß der alte Gott noch lebt. — Wie es mit dem Briefboten zu halten ist. — Nochmalige Bitte um Berichte über die Lage in Glarus.

⁵ Nicolaus v. Pollweiler war am 6. Juli 1535 in Freiburg immatrikuliert worden. Er starb 1588 als Hofmarschall, kaiserlicher Rat, Kriegssoberst und Landvogt im Elsaß (*Mayer*, Matrikel, p. 297, Nr. 36). Glarean, der mit ihm befreundet war, widmete ihm seinen 1550 erschienenen Kommentar zu Lucans Pharsalia (*Fritzsche*, p. 120). Pollweil gehörte auch zu den literarischen Freunden des Nuntius Volpe (*Fry*, p. 201 ff.).

⁶ Der Augsburger Religionsfriede v. 1555 machte das landesherrliche jus reformandi zum Reichsrecht. — Die Haltung und die ganze rechtliche Argumentation Gilgs im Tschudikriege baut sich auf diesem Grundsatz auf.

⁷ Über Glareans Polemik gegen Carolus Sigonius und dessen Livius-Ausgabe v. 1555 vgl. *Fritzsche*, p. 95 ff., und *Schreiber*, p. 96 ff.

D. Aegidio Tschudi viro consulari Glareanus S. D. Jam pridem cupivi ex amico audire patriae fortunam¹ suavissime Aegidi sed nihil certi percipere potui. Nuper ex Eremo amicus meus magister *Huldricus Wittwiler*² scripsit mihi paucula quaedam de comitiis apud vos habitis S. animarum die et quid ibi conclusum sit a populo nostro. Sed de altarum aut templorum eversione nihil. Dii boni quam inquietus est daemon humani generis hostis. Hic etiam apud nos saevit per juvenem *Carol. Bombast* qui nihil aliud didicit quam bibere et scortari. *Palatinus Otto* jam crapula et libidine marcidus et ipse in templa grassatur. *Martin Aberlus* Phocae jacet culullo et nescio quo alio morbo obnoxius. In summa nullus princeps nulla urbs quae huic sectae adhaesit nullus populus in Germania non aliquid mali ex hac secta tulit. Multi episcopi in Germania ambiunt apud Ferdinandum ut eis concedantur uxores et nunc Ratisbonae concilium Germaniae futurum quo et rex Ferdinandus futurus dicitur. Video pessum ire Germaniam nobilissimam olim nunc omnium miserrimam nationem. Scripsi *D. Henrico* de valetudine mea ne tibi essem molestus et ab eodem petii ut mihi omnia scribat ut acta sint. Nam alioquin magna sum in cura ne quid mali vobis contingat. Mitto orarium cristallinum uxori tuae novae³ de qua multa bona audio praecipue vero a fratre *Casparo* quam reverenter te colat quam probe tui curam agat quod equidem lubenti animo audio. Atque utinam te mox alterius pueri faciat parentem qui *Herculem* nobis referat alterum.⁴ Hoc unum oro Deum quod te patriae diu incolumem conservet. Nulla sane alia res me pejus affligit quam quod arduam bonorum sacerdotum penuriam maxime apud christianas urbes ut nonnunquam cogitem etiamsi populus respiscere velit tamen desunt pastores ac animarum curatores. Adeo

¹ Glarean erkundigt sich nach den konfessionellen Wirren in Glarus, die im Jahre 1556 neu begannen. An der Landsgemeinde vom 2. Nov. 1556 wurde Zusage und Vertrag v. 1531/32 erneuert (*Aufdermaur*, Tschudikrieg, p. 28).

² Ulrich Wittwiler, von 1585–1600 Einsiedler Abt, war Schüler Glareans und mit diesem in näherer Verbindung (oben p. 111, A. 4). Er wurde 1553 in Freiburg immatrikuliert, 1554 Bakkalaureat und 1556 Magister. In seiner Chronik übermittelt er auch die bekannte Selbstanklage über die sittlichen Jugendverfehlungen, die Zwingli Glarean gegenüber tat (abgedruckt bei *F. Rüegg*, Zwingli in Wien, Zeitschrift f. Schweiz. K. Gesch. II, 1908, p. 217). Für die kritische Würdigung dieser Stelle ist es von Interesse, daß hier Glarean Wittwiler als seinen Freund bezeugt, mit dem er in Briefwechsel stehe. — Über W.s Aufenthalt bei Glarean: *O. Ringholz*, in Stud. Mittlg. a. d. Benedikt. Orden, 1902, p. 505.

³ Anna Barbara Schorno, oben Nr. 21, A. 1.

⁴ Tschudis Sohn Herkules war 1552 gestorben (oben p. 123, A. 3).

omnes clerici ad Venerem magis quam ad Christum inclinant. Verum rursus cum cogito quo pacto Anglia tam cito ad Christianismum redierit sumo animum atque bona sum spe Deum non defore nobis. Sed hactenus. Fratri *Chasparo* soletis tu ac *D. Henricus* dare nummos id ne faciatis oro. Nam ego iter quantum mei causa facit persolvo. Ipse alioquin iturus erat in Marcham inde pro binis Milliaribus binos ei ursos pendo. Non damus plus tabellariis cum ille alioquin a nobis hic Friburgi habeat et hospitium et prandium sive coenam quoties nescit ubi coenet. Est alioquin nemini molestus et ego etiam nolim vobis molestus esse mei causa. Tu si potes scribe aliquid reliqua jubeto *D. Henricum* scribere. Scire velim quomodo Tigurini se habeant et Rhaeti nobiscum. Bene vale et nos ama nam nos intime te amamus ac colimus. Datum Friburgi XI Calend. Decembris A. 1556.

Nr. 31.

1557. 30. April.

Glarean war den ganzen Winter über durch den Bruch und sein Augenleiden arg gepeinigt, doch mußte er bisher keine Vorlesung ausfallen lassen. — Auf Glareans Veranlassung ersuchen die Kartäuser in Freiburg, die wegen dem aufgehobenen Thorberg mit den Bernern einen Anstand haben, Tschudi um Rat. — In der Beilage die durch den Drucker verdorbene deutsche Ausgabe von Glareans neuem Musikkompndium. Ob er auch dem Damenstift in Schänis ein Exemplar schicken soll, damit man dort ebenso schön singt wie im Freiburger Klarissinnenkloster? — Die russische Kulturgeschichte besitzt Glarean doppelt und auch auf einen für Tschudi wertvollen Frobenius-Druck macht er ihn aufmerksam. — Neuerliche Beschreibung seines Bruch- und Augenleidens und Wünsche, daß Aegidius noch lange dem Vaterlande nützlich sein könne.

D. Aegidio Tschudi Glareanus S. D. Si vales bene est ego utrumque valeo suavissime Aegidi sed ut senex. Identidem enim morbi subrepunt qui tamen me non dejiciunt sed repentem vexant. Per totam hanc hiemem vexavit me scabies quam nunc lavando conabor abigere. Oculus etiam nonnunquam molestus est ita ut herniam non curem propemodum. At sit laus Deo quod nullam unquam lectionem ea de causa omiserim ita bonus est Christus. Sed haec hactenus. Quare nunc *Casparum* istuc miserim haec causa est. Chartusiani me allocuti sunt quibus est negotium cum Bernatibus propter census domus in Torberg. Bernenses petunt priorem hujus domus hic Friburgi. Sed ille invitus eo vadit sed malit ut Bernates ei darent aliquod redditus annue.¹ Ego cum negotium tum non intelligerem misi epistolium

¹ Bern hatte die Kartause Thorberg 1528 aufgehoben. *Chr. Nicklès*, Thorberg 1397–1528, kann p. 129 einen einzigen Mönch nennen, der von Thorberg nach

breve in Chartusiam per fratrem *Casparum* ubi pater respondit in haec verba ut habetur in schedula his tuis litteris inclusa. Ego pro illis nihil aliud peto quam ut tu consilium tuum explices mihi quod illis faciendum potissimum consulas. Ego nam apud illos praedicavi solertiam prudentiam ac ingenium tuum ingenue professus neminem in Helvetiis esse qui melius eis consilium dare queat quam tu. Quare te ego per amicitiam tuam oro digneris aliquid consilium nobis scribere quomodo cum Bernatibus agendum quomodo inchoandum qui possint esse intercessores? Hac re nihil gratius mihi feceris. Obiter etiam te scire volo quod Bernates nuper cum Johannitis contractum fecerint² unde spes est Chartusianis facta se posse quoque aliquid impetrare sed quomodo incipiendum aut in manus sumendum negotium? Ibi haesitant ac tuum consilium desiderant. Haec de Chartusianis. Porro hoc quoque te scire volo me ob preces quorundam musices compendium novum utraque lingua latina et vulgari nostra nunc publicasse ex officina *Henrici Petri* qui eodem modo negligenter utpote per homines musices indictos ea excudit ut ante majus opus nostrum.³ Mitto nostrae linguae unum exemplar et si consulis mihi habeo in animo Dominabus in *Schennis* mittere aliquot exemplaria ut asuescerent ad veram musicem sicut hic apud divinam Claram melitissime canunt virgines vestales neque unquam audivi delectabilius canere tribus vocibus cantum quem *D. Homerus Herpol* mira arte composuit. Praeterea habeo historiam Moscoviticam bis, cum ego non indigeam mitterem ad te si tu nondum habes. Praeterea librum antiquitatum migrationumque ordinatorum per provincias Romanas miris figuris excussus a *Frobenio* ante quinquennium Basileae mihi usui non est tibi autem puto plurimum. Ego hac hieme vexatus a scabie ut vix in vita mea diutius ac acrius. Sed nunc puto per lavacrum me solutum iri. Alioquin in corpore optime valeo Deo sit gratia. Hernia etiam nihil me ungit nisi quod saltare aut equitare commode nequeam. Oculus dexter etiam nonnunquam saevit at tota hieme nullam neque publicam

der Kartause Freiburg i. Br. übersiedelte: Dom Wenzeslaus Horgheimer. Die meisten der aus Thorberg vertriebenen Kartäuser gingen nach Ittingen. — Über Beziehungen Glareans mit der Freiburger Kartause, vgl. *Tartarinoff*, p. 41.

² Glarean meint wohl das Abkommen, das Bern 1552 mit dem Deutschenherrenorden schloß, durch welches es die Herrschaften Köniz und Sumiswald unter dem Vorbehalte der bernischen Verwaltung dem Orden zurückgab (*R. Feller*, *Der Staat Bern in der Reformation*, p. 198). — Tschudi hat den Auftrag ausgeführt (Nr. 32).

³ *Fritzsche*, p. 116.

neque privatam lectionem omisi. Ita bonus est Christus qui velit et tibi praestare sanitatem ac corporis vires ut longe adhuc tempore possis et publice et private patriae prodesse. Bene vale ac nos diligas. Salutabis nomine nostro omnes amicos consules praetores senatores uxorem tuam. Datum Friburgi pridie Calendis Majus 1557.

Nr. 32.

1557. 31. Mai.

Augenschmerz erzwingt ein kurzes Schreiben. — Die übersandten Akten sind den Kartäusern ausgehändigt worden. — Glarean hofft, daß er den jungen Jakob Christoph Blarer in sein Pensionat, das gegenwärtig 8 Studenten zählt, aufnehmen kann; bei seinem Alter fällt ihm dies freilich schwer. — Über Streitigkeiten unter den protestantischen Theologen Sachsens, von denen einzelne bereits an der Gottheit Christi zu zweifeln beginnen. — Die von Tschudi gewünschten Bücher sind nicht in Freiburg, aber wahrscheinlich in Basel zu finden. — Glarean übersendet eine eigenhändig verbesserte lateinische Ausgabe seiner letzten Schrift über Musik; es war ihr großer Erfolg beschieden. — Grüße.

D. Aegidio Tschudi Glareanus S. D. Cum jam hasce apparerem litteras suavissime D. Aegidi ecce de improviso invadit me tyrannus meus oculi dolor ut toto hoc anno vix vehementius. Quapropter ignosces mihi si brevior sim solito. Vix nempe haec potui, impedivit me etiam dura papyrus et atramentum nimium densum. Denique ea die exordienda mihi fuit musica quam domi perlegere constitui siquidem Deus mihi dabit gratiam. Litteras tuas majores misi in Carthusiam. Ipse adire non potui quas cum perlegisset reddidit fratri *Caspari* ad me deferendas sed ego iussi referri ut aliis patribus innotescerent studium tuum in eorum ordinem et aliquando referrent gratiam. Quod de juvene *Plarer* scribis venit hisce diebus *Wilhelmi filius*¹ sed antequam tuas susceperam litteras filius *Casparis Plarer*² jam abierat. Quod tam enixe et plus quam sedulo me rogas non erat opus cum jubere mihi possis. Habeo quidem in animo unam dumtaxat mensam fovere propter ingravescens senium et uxoris malum — et nunc tussim — et nunc sunt VIII mecum sed spero me ab uno redemptum iri ut sit locus. Certe tibi ac gratioso D. Abbati nihil denegare audeo et *D. Hartungum*³ minime offendere volo qui est vir doctus et intimus

¹ Jakob Christophorus Blarer, der spätere berühmte Basler Bischof (1575–1608), wurde am 22. Mai 1557 in Freiburg immatrikuliert (*Mayer*, p. 423, Nr. 15).

² Bezieht sich möglicherweise auf den 1553 immatrikulierten Caspar Blarer (*Mayer*, p. 397, Nr. 28).

³ Der Gräcist Hartung, der als Nachfolger Glareans auf dem Lehrstuhl für Poesie ausersehen war (*Schreiber*, p. 113).

meus quamvis uterque nostrum plus satis juvenum habeat multis cogimur denegare hospitium nobiscum ego propter senium ille alias ob causas. Utinam mihi tantum suppeteret corporis virium quantum animi omnibus satisfacere paratissimus essem sed ita placet Deo salvatori nostro cui sit gloria in aevum. Nihil novi est nunc nisi quod te audisse arbitror ingens contentio de Religione in Saxonia. *Melanchthon* multos habet vivens adhuc ex discipulis suis ut olim *Lutherus* hostes. Legi unam et alteram ejus epistolarum miris sane quaerilis. Is tamen contra Sacramentarios Anabaptistas Osiandros Flaccianos et nescio quae alia portenta mire debachatur misereris ejus si legeres.⁴ Sed ego spero propemodum Deum ostensurum quod ipse sit Deus et Jesus Christus ejus filius de quo nunc dubitare incipiunt ut qui filius Dei in S. litteris ipsi ajunt nusquam appelletur nisi in apocalypsi quem librum illi apocryphum perhibent. Dii boni quid non audet stolidi illa Germania? Nunc desino et tibi et mihi esse molestus. Libros quos signaveras in parvula tua chartula hic non invenimus Basileae opinor reperias. Vale optime Aegidi et nos ut semper fecisti ama. Datum Friburgi pridie Calendas Junias 1557.

P. S. Mitto ad te compendii in musicam exemplar Latinam nostra manu emendatum.⁵ Videbis a marginibus signum hoc ut si quid dubium istuc in nostris exemplaribus istuc ne deferentur abs te emendationem petant. Cum hodie orsus essem musicam tantus concursus fuit ut non potuerit capere eos domus mea. Ita capiunt scire veram modorum cognitionem. *D. Franziscus Berus*⁶ D. D. Ludovici Beri insignis theologi et vitae sanctimonia viri ex fratre nepos multam tibi precatur salutem atque sui patruum monumentum ad te mittit ejus eruditionis particulam. *D. Erasmus* semper plurimi illum fecit⁷ et mihi quoque summus fuit amicus usque ad hujus vitae extremum habitum⁸ integer vitae scelerisque purus ut est apud Flaccum.

⁴ Über diese theologischen Streitigkeiten unter den Protestanten s. *Janssen*, VII, p. 479 ff.

⁵ *Fritzsche*, 116. — Es ist das Gegenstück zu der mit Nr. 31 übersandten deutschen Ausgabe.

⁶ Franz Baer, Amtmann auf Buenzburg (*A. Burckhart*, Die Familie Bär, in Basler Biographien, I, p. 70). Er war Sohn von Dr. Ludwig Bärs älterem Bruder Franz Bär (1497–1542), dem Tuchhändler und Gerichtsherr (ebda. p. 67 ff.).

⁷ Darüber Näheres bei *A. Burckhart*, l. c. p. 75 ff.

⁸ Dr. Ludwig Bär starb am 14. April 1554 in Freiburg (ebda. p. 80).

Nr. 33.

1558 3. Juni.

Glückwünsche zur Wahl Tschudis als Glarner Landammann. Augenschmerz verunmöglicht einen längern Brief. — Auf Tschudis Ersuchen hin macht Glarean eine bedeutende Spende an den neuerbauten Glarner Spital. Er könnte noch freigebiger sein, würden seine Güter in Glarus besser verwaltet. — Einladung an Tschudis Tochter Kunigunde zum Besuche in Freiburg. — Deutschland mit seinen Sekten, worüber Glarean ein Buch beilegt, wird immer mehr zur Räuberhöhle.

D. Aegidio Tschudi consuli Glaronensi ¹ Glareanus S. D. Non tam tibi gratulor optime Aegidi quod contigit tibi honos quo multo ante tempore dignus eras consul non unius anni sed quoties bonus atque fidus iudex honestum praetulit utili ut est apud Flaccum libro IV carm. ode IX. At multo magis gratulor patriae quod Deus ei mentem dederit ut eligeret consulem majoribus nostris dignum re et nomine christianum non ore tantum evangelicum. Scriberem longiores ad te litteras sed oculi mei vix patiuntur aegre haec scripsi. Quod in litteris tuis me admones ut aliquid contribuam ad hospitale vestrum id ego vero lubens fecero maxime te adhortatore. *D. Henrico* eam rem ita scripsi. *Heini Türri* mihi debet 300 libras. Eas libras dono vobis si tu et *D. Henricus* putabunt faciendum. ² Ego sane scire non possum quam dignum quam certum sit cum mihi videatur satis pro meis facultatibus et certam etiam virumque vos melius intelligitis. Quare per fratrem *Casparum* certior fieri velim quid vobis videatur. Deinde benignitas tua senatui ut consul significabis. Hoc autem velim ut senatus placide admoneret cognatum meum *Johannem Loritti* ³ ut reditus meos sive census aliquanto diligentius curaret ut etiam in alios liberalitatem meam ostendere possem. Filiola tua *Kunigundis* ⁴ epi-

¹ Tschudi war von der Landsgemeinde des Jahres 1558 zum Landammann gewählt worden und versah dieses Amt bis 1560 (*J. Kubli-Müller*, Die Landammänner von Glarus, in *Hist. Jahrb. Glarus*, XLVI, 1932, p. 44).

² Tschudi war der Gründer und Erbauer des Spitals. Der Bau wurde im Jahre 1558 ausgeführt (*Dr. N. Tschudi*, Der alte Spital zu Glarus, in *Hist. Jahrb. Glarus*, XVI, 1879, p. 54). — Die Schenkung kam zustande, wie sich aus der vom 6. Aug. 1560 datierten Schenkungsurkunde Glareans ergibt (*ebda.* p. 102). — Dazu Nr. 36.

³ Die geplante Absetzung Johann Loriti's als Verwalter (Nr. 28) erfolgte also nicht.

⁴ Tochter aus Gilgs erster Ehe, geb. 1536, 6. Dez. Sie lebte 1577 noch als Schwester im Dominikanerinnenkloster St. Katharinenthal bei Dießenhofen (*Kubli-Müller*, G. W.). — Wie sich aus obigem Briefe ergibt, trug sie sich auch mit dem Gedanken, in das Klarissinenkloster in Freiburg i. Br. einzutreten.

stolam ad me misit valde mihi gratam ex qua vere indolem paternam conjicere licet. Vellet videre divae Clarae virgines nostras hic Friburgi et urbem totam deditam religionibus. Invitavi eam et sive velit in aedibus meis uxoris meae Gynaeeum sive apud sorores proximas divae Clarae sive in coenobio ipso ut Domina nostra a Seckingen⁵ ante biennium fecit habitare per aliquot dies aut hebdomadas etiam in libero ejus arbitrio fuerit. Ubique grata atque accepta fuerit. Videret sane quae vidisse nunquam poenituerit. Sed jam desino et mihi et tibi esse molestus. Rerum novarum nihil est quod quisquam lubens audire cupiat nec quisque scribere velit. Germaniam cum libertate sua et sescentis sectis propediem in speluncam latronum versam iri valde vereor. Deus iram suam a nobis avertat. Libellum ad te mitto de sectis Germaniae sive potius de ipsa secta Germanica. Bene vale ac nos ama. Datum Friburgi III Nonas Junias 1558.

Nr. 34.

1558. 1. Juli.

Tschudis Brief und sein christlicher Mut und Optimismus haben Glarean ungeheure Freude bereitet. Haß und Verfolgung werden ihm nichts anhaben können. Die Schlechtigkeit der Menschen, die Glarean auch an seinem Neffen Johannes Loriti erfahren mußte, und die Verderbtheit der Zeit ist so groß, daß man sich überhaupt wundern muß, wenn noch ein Abgefallener den Weg zum wahren Glauben zurückfindet. — Über Kardinal Poles Lebensbeschreibung Heinrich VIII. und das Schicksal dieses Buches. — Glarean verliert immer mehr das Gedächtnis. Wünsche auf Wohlergehen Tschudis.

D. Aegidio Tschudi consuli Glaronensi Glareanus S. D. Ingenti gaudio tuae me litterae exhilararunt optime D. Aegidi non tam de valetudine corporis tui quam de mentis tuae in christiana vera pietate constantia. Quod habes qui oderunt te¹ et Christus habuit, quid? Fuitne unquam illibata atque insignis virtus absque osoribus? Id ita fuisse omnibus saeculis cum satis constet quid mirum hoc iniquissimo saeculo quo nihil sincerum quo vix aliud unquam pejus mortalibus illuxit. Mirabar olim cum vel audirem vel legerem raro haereticum hominem ad sanitatem posse reduci. Pervicacia nempe ac obstinatio est qua ita indurescunt ut truncis sint hebetiores haud aliter quam si dura silex aut stet marpesia cautes ut Poeta inquit. Quod ego in

⁵ Über Glareans Beziehungen mit Säckingen, s. oben p. 129, A. 2.

¹ Bezieht sich auf Gilgs Haltung im Tschudikrieg.

multis expertus et maxime in cognato meo *Johanne Loritti*² qui cum sit stipes onos plumbeus ut est apud comicum me tamen aliquando existimavit docere posse. Ideoque nunc sileo atque totum negotium Deo committo. Est nempe Dei plaga qua non alia pestilentior ullo saeculo terris immissa legitur. Haud scio scripserim ne tibi Senectus enim in memoria nonnihil afficit de quattuor libris *Reginaldi Poli* cardinalis Angliae quos scripsit contra tyrannum Henricum regem³ quibus elegantius nihil a multis annis in hominum manus emissum est pro sede apostolica Pontificis Romani potestate quos libros opprimere conati Helvangelici nostri. Initio diabolicam praefationem praemiserunt in qua mire proscindunt sanctissimum virum ad finem addiderunt totum exercitum Lutheranorum eandem cantilenam occinentium contra Pontificem. Nihil vidi unquam insanius. Adeo dolet eis ereptum ex diaboli faucibus regnum Anglorum ad catholicam fidem. Pluribus non puto opus apud te cui adest mens sana in corpore sano. Deus pro sua in nos clementia nos animet in sui nominis gloriam. Bene vale et nos ut assoles ama nam nos te intime colimus. Datum Friburgi Calendis Quintilibus 1558.

(*Fortsetzung folgt.*)

² Der ungetreue Verwalter von Glareans väterlichem Vermögen in Glarus.

³ Die Erwähnung erfolgte oben Nr. 28, A. 3.

